The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Temptatio af

cum fonte primo

Non impulit, non tetigit,

sed tantum dixit: Mitte te deorsum

ut intelligamus quod qui obedit dyabolo, ipse se deponit.

Dyabolus enim suggerere potest, cogere non potest.

Crisostomus super illud Matthei IIII.: Mitte te deorsum.

Et vide, non impulit, non tetigit, non appropinquavit: sed tantum dixit: Mitte te deorsum, si es Filius Dei: ut sciamus, quia omnis, qui obaudit diabolo, ipse se deponit deorsum. Nam diabolus ad malum hortari potest, cogere autem non potest.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 5 (PG 56, col.666).